

Heinrich Rudolph Redecker

**Henricus Rudolphus Redeker/ ICtus, Antecessor Univ. Rostoch ... ad
Disputationem inauguralem, quam ... Dn. Johannes Knegendorff/ Rost: De
Actionibus In Rem, Conscriptit, & 21. Martii ... Magnific: Dn. Rectorem ... officiose
& amice invitat : [Rostochii, Sub Sig. Fac. Iur. die 10. Martii an. 1678.]**

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053957>

Druck Freier  Zugang



Sachlage

R U für 1678
Heir. Red. Redeker, Pr /a
Johann Kriegendorff Rpp
mit Pogr





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740053957/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053957/phys_0002)

DFG

**HENRICUS
RUDOLPHUS** Redeker /
JCTUS, Antecessor Univ. Rostoch.

& Sereniss. Ducis Mechlenb. Consilia-
rius intimus, nec non ducalis Confistorii As-
sessor, & ad hunc actum Decanus.

ad Disputationem inauguralem,
quam,

Pro conseqvendis summis in utroq; jure honoribus,
DN. JOHANNES Knegendorff / Rost:

De

**ACTIONIBUS
IN REM,**

Conscriptis, & 21. Martij, solenniter, i.e. consveto loco
& more, habendam constituit,

Magnific: Dn. Rectorem, Omnes omnium
Facultatum Doctores & Studiosos, omnesq; Litera-
tos, & literarum Fautores, officiosè
& amicè invitat.

ROSTOCHI, Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.

Salutem.

Non inutilem literato orbi
præstiterunt operam, qui, boni
publici studio, id egerunt, ut,
spreto aspero & salebroso scri-
bendi genere, ambitiosā legni-
tiem Tribonianī, vel, si is excu-
sandus, temporis injuriam, &
barbaricam subinde tempesta-
tē magnā ex parte compensantes, recondita Jurispru-
dentiæ romanæ mysteria, formulasq; dicendi atq; e
agendi solennes, ex ipsis prudentiæ penetralibus erū-
tas, avidæ posteritati commendarent. Qvos inter præ-
cipuam laudem, par Nobilissimorum Jctorum, Barna-
bas Brissonius, & Franciscus Hotomannus, togata Gal-
liæ lumina, merentur. Hi enim, in conqvirendis Ro-
manorum formulis & conceptis Qvititium verbis, tan-
tam adhibuerunt diligentiam, ut vix aliquis, nisi illo-
rum admoto lumine, obstructas in plerisq; legibus
difficultates explicare, & in apricū proferre possit. Sive
enim de Romanorum sacris, sacerdotibus, precatio-
nibus, votis & dedicationibus: sive de comitiis, roga-
tionibus, intercessionibus, suffragiis, sententiis atq; de-
cretis: Sive de Legibus, plebiscitis, edictis, constitu-

tio-

tionibus, rescriptis & responsis prudentum: Sive de
re & disciplina militari; sive de testamentis, fidei-
commissis, legatis, codicillis & funeribus agatur, un-
diq; abstrusa legentium ingenia exercent oracula, &
densæ in sylvâ antiquarum legum tenebræ oculis ob-
jiciuntur. Imò si, illis relictis, ad iustitium qvis se
contulerit, & vel hærere in foro, vel volitare per jura
& tribunalia, vel lites seqvī, vel judicia subire velit,
vah! qvanta se offert formularum solennitas & discendi
necessitas; adeò ut, si olim qvis vel syllabam solemnī-
tatis omisisset causa caderet, l. 1. C. deform. aſt. ſubl. Uti
enim prisca Romanorum gens juris religiosissima fuit,
ita non credebat ad boni veriq; artē suas sufficere vires,
ſed cum, poſt exactos Reges, & abolitas leges regias,
Rempublicam, ſeu Statum popularē, formarent, & in-
certo jure uterentur, conſtituti ſunt decem viri, qui
Leges, à Græcis prudenter petitas, primo in decē, deinceps
in duodecim tabulas retulerūt. Nec hæ Leges duo-
decim tabularū, qvarū tamē magnā ſemper auctoritas
fuit, nec earundem interpretatio prudentum, qvæ di-
ſputatio fori dicebatur, ſufficiebant; ſed qui agere vo-
lebat, actionē legitimam ab illo, qui Pontificū collegio
præerat, impetrabat, Pomponi⁹ in l. 2. §. 6. de O. J. &c, ſi vel
minimū in ſubtilitate eſſet omissum, jure cādebat, te-
ſte Vaconio de Vacun. l. 6. decl. 242. & DD. add l. 1. Cum
vero Pontifices ēa, quā pollebāt auctoritate, per ambi-
tionē & avaritiam abuterentur, Appius Claudius pri-
mum illas legis actiones in formā rededit, quas Gnaeus

Fla-

Flavius scriba ejus, per insigne plagium, surripiens & populo tradens, tam gratam rem populo fecit, ut inde tribunitiam potestatem impetraret. Postea Elius Sextus alias actiones composuit & populo, ne incerto ordine procederent, concéssit. Tandem, ut major juris justitiæq; auctoritas esset, judicis constituendi, actionis dandæ, præscribendæ formulæ, & juris dicundi, potestas omnis translata est ad Prætores l. 15. §. 28. de damn. infect. In illo autem Judiciorum ordine & formularum penè ambitiōlā solemnitate perstiterunt Romani, usq; dum, per sacratissimas Principum constitutions, hujuscemodi supervacuæ ambages, in abusum degenerantes, & quatenq; quis illis nō observatis, causa cadebat, ab usu fori sunt remotæ. Nam Imperatores Theodosius & Valentinianus, necessitatem impetrandi formulam agendi, & dandi actiones potestatem, Prætoribus alias competentem, sustulerunt l. 2. C. de formul. & impetr. & l. i. C. Theod. eod. Constantinus autem, formulas aucupatione Syllabarū justitiæ, & cunctorum actibus, insidiantes, translati in Graciām Imperio, cum nec ibidem illæ superstitiones solemnitates probarentur, radicitus amputavit, d. l i. C. d. t. Nec minus Pontifex Romanus, Alexander III. in Sacra Imperii temerario ausu involans, & potestatem legum ferendarum sibi superbo superciliosus, cum ex Salvatoris mandato potius orare, docere, & baptizare gentes debeat, arrogans, rescripsit, ne subtiliter, cuiusmodi actio intentetur, inquiratur, sed simpliciter & pure fa-

ctum

Quam ipsum & rei veritas, secundum formam canonum,
investigetur. c. dilecti 6. x. de Judio. Ceterum rem pe-
niriū examinanti, nec formulæ ipsæ agendi, nec im-
petrandi, vel dandi à Judice necessitas juri, justitiæque
administrationi, repugnat, sed potius eam, in subditorū
insignem utilitatem, & egregium publicū, oppidò pro-
moveret. Uti enim haud improbare possumus sollicitam
Imperatoris Constantini curam, quā superstitiones sub-
tilitates, in justitiæ damnū, & bonæ causæ periculum
directas, à foro exulare jussit, ita neutiquam formulas
agendi, & ut illæ secundum ordinem & stylum Curiæ
publicè præscribantur, rejiciendas putam⁹. Nec alio fine
prudentissimus Rōmānorum Tullius fori vitium vide-
tur exagitasse, qvā ut, subtile Advocatorum Judi-
cumq; censuras formularum, in convenientem redu-
ceret formam. Siqvidem in foro versantibus notissi-
mum est, qvanta subinde, circa libelli ab auctore oblati
reqvisita, moveantur litigia, qvæ in plures sēpè annos,
cum maximo litigantium incommodo, & justitiæ per-
nitioso sufflamine, dum de ineptitudine libelli discen-
ptatur, protrahuntur. Si causam tām infelcis proces-
sus altius repetamus, multorum Judicum inconsultam
prudentiam, & advocatorum qvorundam temerariā
insolentiam, si imperitia excusanda veniat, reputam⁹.
Illi enim, qui ex foro vivunt, & lucra captant, malunt
habere, qvā gerere & finire togata bella. Unde, Pe-
rez. in Cod. add. t. factum est, inquit, ut hodie sine arte liti-
getur, confusè & multis adhibitis calumniis; cum veteres
summo

Summo studio, prudentia & arte eas à Judiciis exclusissent.
Et Fabrottus ad Cujac. parat. in d. t. Johannis Saresbe-
riensis verba, de nugis curialium, referens. Sed & Leges
ipsæ & consuetudines, quibus nunc vivit, infidae sunt &
laquei calumniarum. Verborum tendiculae proponuntur, &
auctoritates Syllabarum. Leges quidem, & convenien-
tes rationi rectæ consuetudines, improbare non possu-
mus, id tamen maximè, quod sub colore & praetextu
legū sæpius malitiolè erretur. Modo enim, cum sum-
marium processum natura negotii desiderat, ordina-
rium Advocatus instituit, vel, illo nequicquam resi-
stante, Judex ordinat. Modo, si ita visum arbitrio ju-
dicis, vel prece, precio, aut favore corrupti, fuerit, ex
Judicio ordinario formatur summarium, & cum per
modum sententiaz, debeat processus terminari, in vim
mandati desinit. Sæpè cumulantur actiones, quæ vix
concurrunt; sæpè contra seinduntur, quæ ex causæ
continentiæ non debent dividi. Videbis petitorium
Judicium cum possessorio, & actionem in rem cum
actione personali sæpiuscule perperam misceri, vel in-
justè separari; quod omne providus & peritus Judex,
pro suâ religione, & posset & deberet cavere, si Juris
Sacerdos appellari, justitiam colere, boni & æqui no-
titiam profiteri, & quum ab iniquo separare, & licitum
ab illico discernere velit. Et, quis non videt, possit ter-
rarum dominos, & summos Justitiaz Antistites, multas
querelas amputare, litigantium vero proterviam præ-
cidere, si certæ formulæ in quovis negotio, publicâ au-
tori.

Etoritate præscriptæ, à Judicibus darentur. Nec aliud
voluisse videntur maximi nominis Jcti, qui, veterum
prudentū formulas scitè & concinnè compositas, sum-
mo cum labore restituerunt. Cum autem Vir Claris-
simus Dn. JOHANNES Knegendorff/ Utriusq; Juris
Candidatus eximius, in latifundio jurisprudentiæ feli-
citer navigans & ad portum scientiæ tandem adpellens,
præprimis actionum instituendarum nodosas difficul-
tates sentiret, in illud studium nervos ingenii intendit,
ut, pro adipiscendis summis in jure honoribus, de
difficili & abstrusa actionum in rem materiâ, inaugu-
rales conscriberet theses, easq; publico examini Do-
ctorum exponeret. Ceterum, cum is noster Civis
sit, de ejus honestissimâ origine, multa, inter ha-
rum rerum scientes, verba facere nihil attinet: siquidē
Parentes ejus huc dumj, per Dei gratiam! superstites,
& hodiè Gustrovii degentes, integritate virtuæ inter
præcipuos ejusdem Residentiæ Ducalis cives, numerā-
tur. Pater enim Vir Spectatiss. Dnus Johannes Knegen-
dorff/ Serenisl. Ducis Mechl., Dni nostri clementissimi
Præfectus vestigialium est: Mater autē femina le Qis-
sima Margaretha Dalvissen. Id potissimum in ejus en-
comiū referendū erit, quod, sepositâ infantia, id egerit
semper, ut ad virtutis & eruditionis metam omnib⁹ vi-
ribus omniq; studio contenderet. Ut enim prima hu-
manioris literaturæ fundamenta in Scholâ Gustrovi-
ensi, Rectore Viro Clarissimo, Dno Andreā Gothofredo
Amnone, Philosopho & Philologo celeberrimo, nunc
Superin-

Superintende*Wunstorpiensi* plurimū Reverendo,
solidē jecit, ita eundem ad Illustre Gymnasium Sedi-
nense vocatum, cupidissimus discendi, secutus est; ibi-
demq; prima Legū cunabula, informatore Viro Con-
sultissimo Dno. Friderico *Movio* J. U. L. & Profess.
Gymnasii Carolini, hausit. Dein, ad majora compositg,
An. 1669, in hanc Patriam Academiā se contulit, & sub
nostro, nec non Nobilissimorum Ictorum, *Dn. Docto-*
ris Radovii & Dni. D. Lemkenii P.P. & Collegarum no-
nstrorum honoratissimorum, uti etiam Viri Amplissimi
Dni. Licentiati Hasserti, præsidio, in omni parte universi
juris se paratum reddidit. In Academiā etiam Jenensi
tantam, tamq; indefessam, Studio juris absolvendo, ad-
hibuit diligentiam, ut tandem ad Nos, præmium la-
boris, decenti more, impetraturus, rediret. Cum itaq;
examen rigorosum cum illo institueretur, adeò erudi-
tū se in iure ostendit, ut Ampl: Ordinis suffragio digna
censeretur, cui potestas, pro summis in iure honorib⁹
conseqvendis, publice disputandi, daretur. Projnde
Disputationem inauguralem, DE ACTIONIBUS IN
REM, elegantē conscriptam, die 21, præsentis mensis
Martii, habendam constituit. Ut autem actus hic so-
lennis eò augustinor reddatur, meo, & Amplissimæ Fa-
cultatis nomine, Magnificum Dnum Rectorem, Exce-
llentissimos Professores, Clarissimos omnium Faculta-
tum Doctores, Lectissimam studiosæ Juventutis Co-
ronam, omnesq; Literatos & Literarum Fautores, eā,
qvā par est, observantiā & humanitate invito.

Rostochii, Sub Sig. Fac. Jur. die 10. Martii an. 1678.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740053957/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053957/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740053957/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053957/phys_0012)

DFG

ctoritate præscriptæ, à Judicibus
voluisse videntur maximi nominis
prudentū formulas scitè & concin-
mo cum labore restituerunt. Cu-
simus Dn. JOHANNES Rnegen.
Candidatus eximus, in latifundio
citer navigans & ad portum scient
præprimis actionum instituendar-
tates sentiret, in illud studium ner-
ut, pro adipiscendis summis in
difficili & abstrusa actionum in r-
rales conscriberet theses, easq; p-
ctorum exponeret. Ceterum,
sit, de ejus honestissimâ originâ
rûm rerum scientes, verba facere
Parentes ejus huc dumj, per Dei
& hodiè Gustrovii degentes, i-
præcipuos ejusdem Residentiæ L-
tur. Pater enim Vir Spectatiss. D-
vorff/ Sereniss. Ducis Mechl., Dni
Præfectus vestigialium est: Mate-
simus Margaretha Dalvissen. Id p-
comiū referendū erit, quod, sepo-
semper, ut ad virtutis & eruditior-
ribus omniq; studio contendere
manioris literaturæ fundamenta-
ensi, Rectore Viro Clarissimo, D-
Amnone, Philosopho & Philologo



the scale towards document

Nec aliud
, veterum
siras, sum-
Vir Claris-
iusq; Juris
entia feli-
dpellens,
as difficul-
i intendit,
oribus, de
â, inaugu-
amini Do-
ster Civis
inter ha-
et : siquidē
uperstites,
vitæ inter
es, numerā-
ves Rnegen-
mentissimi
mina leatis-
in ejus en-
iâ, id egerit
omnib9 vi-
prima hu-
Gustrovi-
Gothofredo
rimo, nunc
Superin-